sicut in quadragesima omnibus diebus vitę suę, nisi infirmetur, et diebus sabbatis a carne et sanguine[a]) abstineat omnibus diebus vitę suę, nisi infirmetur, ferias sextas semel comedat cibos quadragesimales et quartas ferias a carne et sanguine[a]) abstineat omnibus diebus vitę suę, nisi infirmetur. De quarta et sexta feria veniam habeat in festis novem lectionum, et si episcopus aliquis aut presbiter religiosus ei preceperit, ita tamen ut pauperem unum ea die pascat.

190.

Bischof Rudolf von Halberstadt bestätigt dem Kloster Drübeck unter anderen Schenkungen des Landgrafen Ludwig in Eilwardsdorf. **[1144—1145.]**

Hdschr.: Or. Perg. Gräfl. H.-Archiv Wernigerode. Vom S. ist nur ein geringer Rest vorhanden.
Gedr.: Jacobs, Drübecker Urkundenbuch 12.
Anm.: Der in der Urkunde erwähnte Papst Lucius II. regierte vom 12. März 1144 bis 25. Febr. 1145. In diese Zeit muß also die Urkunde fallen.

— — Hec sunt autem, quę prefatę ęcclesię supra dictis modis collata sunt. Lv̊dewicus provincialis comes Turingię obtulit filiam suam et cum ea XII mansos Eliwardesdorf. — — Igitur auctoritate dei omnipotentis et universalis ęcclesię summi pontificis Lvcii ex debito officii nostri supra dicta bona ęcclesię, cüi tam iustis modis collata sunt, confirmamus omnesque eorundem bonorum invasores et violentos oppressores excommunicamus et, nisi resipiscant, ęternę dampnationis vinculo innodamus.

(SJFR.)

191.

Bischof Udo I. von Naumburg, ein Sohn des Grafen Ludwig und Oheim des Landgrafen Ludwig II., schreibt an den Abt von Morimund, den Vorgesetzten des Mönches Eberhard, und fordert ihn auf, diesem die beabsichtigte Gründung von Kloster Georgenthal zu untersagen, oder doch ihm die Wahl eines anderen, Reinhardsbrunn weniger nahe gelegenen Orts zu befehlen. **[1144—1145.]**

Hdschr.: Kop. Perg. Form. epist. (Saec. XII) fol. 24b. Bibliothek Pommersfelden. Phot. H. St. A.
Gedr.: Oesterr. Archiv. 1850. Bd. 2. Heft 1. S. 37.
Anm.: Im Briefe heißt es, daß er (Udo) und Landgraf Ludwig II. die einzigen noch lebenden Söhne Ludwigs I. des Springers († 1140) seien — qui adhuc residui sumus. *No. 84 (der Form. epist. fol. 44b) Brief des Abtes Ernst II. von Reinhardsbrunn an Papst Lucius II. enthält die Bitte, er möge Kraft seiner päpstlichen Machtvollkommenheit veranlassen, daß das Kloster Georgenthal an einem anderen, von Reinhardsbrunn entfernteren Ort verlegt werde. Papst Lucius II. bekleidete seine Würde vom Jahre 1144 bis 1145 und in diese Zeit ist also die Abfassung des äbtlichen Schreibens und auch unser Brief zu setzen.*

V[do] dei gratia Nuueburgensis ęcclesię episcopus venerabili et illustri viro abbati de Maurimonte et universo eiusdem ęcclesię fratrum conventui excellentis meriti premia gloriosa. Caritatis amplitudo et virtus, quę notos et ignotos uno sinu colligit collectos, unitatis vinculo nectit ex vestra religione spem bonam et ad ea, quę iustę petimus obtinenda, nobis prestant fiduciam. Monachus N. quidam vestri cęnobii et vestra autoritate,

189. *a)* sagimine.